

## ARTIC. CLXX.

*Si quis depositi, vel commodati furtum committat.*

Straff derjenigen/so mit vertraueter oder hinterlegter  
Haabe ungetreulich handeln.

**W**elcher mit eines andern Gütern / die ihm in gutem Glauben  
zu behalten und zu verwahren gegeben seyn / williger und ge-  
fährlicher Weis dem Gläubiger zu Schaden handelt / solche  
Missethat ist einem Diebstal gleich zu straffen.

AD ARTIC. CLXX.

## ARGUMENTUM.

*Qui circa res alterius, quas bona fide apud se depositas, custodiendas  
& conservandas recepit, in præjudicium domini vel deponentis aliquid do-  
lose agit, illud delictum eque ac furtum puniri meretur.*

## EXEGESIS.

**P**ropriè hic Articulus loquitur de rebus depositis : quod etiam  
animadvertit Reinhard. Bacchovius *Disput. 30. num. 1. tit. 4. pag. 1066*  
quando ita scribit : *Articulus 170. in specie loqui videtur de iis, qui  
rem aliquam in individuo restituendam acceperit.*

Duo sunt hujus articuli membra : (1) Prius agit de *delictis*, quòd  
consistit in abusu aut illicito usu rei depositæ contra deponentis in-  
tentionem. Ut hic Imperator loquatur de mala fide depositarii, ut-  
pote cui bona aliena bona fide servanda & custodienda committun-  
tur, atque commendantur. *§. 3. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. l. 5. ff. Depo-  
siti.* Hinc si verba articuli latiore significationem desiderant, vix  
tamen aliæ res poterunt hic denotari, quàm quæ in specie à recipiente  
sunt restituendæ, uti est *sequester*, *l. 3. §. 1. l. 6. 7. l. 12. §. 1. l. 17. ff. Depos. l. 18. ff.  
de Pref. Verb. l. 110. ff. de V. S. ut & dominus, cujus servus ad libertatem pro-  
clamavit, l. 3. C. Quib. ad libert. procl. non licet.* Gilhausen *ad h. art. fol. 57.*  
Remus *in paraph. ad h. art.* & alii, qui verba textus intelligenda esse  
docent de commodatario, *per §. 2. Inst. Quib. mod. re contrah. obligat.  
l. 71. ff. de Furt.* Item de creditore pignoratitio, quia & ipse ad restitutio-  
nem